

Caesio summa sacram. vbi de matr. c. 5. in commento. n. 37.

4 Adde posse interrogari aliu maleficiu, an nox in quo tale maleficiu consistat, vt signu destruat: q si ille ignoret, minime potest induci vt per suam artem id inuestiget. At si forte is addicat nouo pacto esse daemone inito, possunt ea scientia ad destruendum signum maleficiu in meum modum vri. Ita Ouandus, nu. praecedenti allegatus. Et id mihi suadeo, quia quannis culpa sit grauisima, inquirere a demone, vt ex cognitione ab ipso parta, vtilitati nostrae consulamus: id enim est quoddam amicitiae fedus. At si veritatem aliquam ab ipso edocti sumus, praeter culpam in ea inquisitione admissam, nulla est iam culpa, vti ea scientia ad bonum finem, quando ea vera est, nec daemone opera postea concurrit. Vt si quempiam veram grammaticam, aut philosophiam daemone doceret, peccaret lethaliter sic adicendo, at postea careret culpa, illa tanquam vera scientia vtens, & non tanquam a demone accepta.

5 Imo quauis sublato maleficiu signo debeat damnari in ipsam maleficam refundi. Quod ita pactus sit daemone, vacat culpa illud auferre. Quia auferens nulla ratione concurrit ad maleficam damnationem, sed solum sibi consulit auferens signum: & damnum quod inde maleficis sequitur, est praeter intentionem, nec ex illa signi remotione sequitur, sed ex daemone pacto, cui auferens nullatenus cooperatur. Sic docet Ouandus. 4. d. 34. disp. vniea, pagina vltima. Et idem credo, quamuis damnum illud in quendam tertium, maleficio ita paciscente cum demone redundare debeat. Quia auferens nil operatur ad alterius damnationem, sed se tuetur ablato sibi nocente: & per accidens ex meo actu sequitur damnus innocenti: nec teneor ego consulere bono alterius cum meo damno. Sicut in femina grauidi indigenti pharmacis ad suum salutem tuendam ordinatis, admittuntur doctores id dicere: quamuis inde praeter sumentis intentionem sequatur periculum proli. Sed si opponas, non licere fugienti in equo proterere puerum existentem in via, quamuis id necessarium sibi sit, vt morte euadat, vt bene docet Corduba in suis quaest. lib. 1. q. 38. dubio. 2. & 3. in fin. Dic diuersum esse, nam in hoc casu efficitur actio nem posituum proterendi damnificante puerum. At in nostro nulla est actio positi-

ua, sed signi remotio, qua licet in se sit actio, at non est actio alicui nocens. Quod si praeter signi ablationem esset aliqua actio positiua necessaria damnificans maleficum, vt maleficiatus incolumis euadat, bene ait Ouandus ibi, non licere auctoritate priuata illam exercere: additq; non esse improbabile licere auctoritate publica, si nullum demonis pactum in illa actione sit. Quod mihi verissimum videtur. Quippe publica potestatis est, innocentes erue re cum nocentium damno.

6 Ad argumenta, nu. 2. proposita respondetur. Ad primum dic constare ex dictis, nu. 3. nullam culpam esse, expectare effectum priuatiuum a demone, non quasi ille beneficium aliquod conferat desistendo, sed quia remoto signo, quo ad vexandum ex pacto ligabatur, speretur fore vt desistat. Ad confirm. constat similiter ex dictis eodem, nu. 3. Non enim interuenit ibi aliqua daemone inuocatio, nec petitur vt slet promissis: imo dissoluitur pactum: nec speratur salus a positiua daemone actione: sed a priuatione actionis. Ad secundum patet ex dictis, num. 1. & 3. Quia non expetitur salus per ablationem signi, virtute posterioris contractus cum demone gestis: sed dissoluedo priorum. Et quauis ea ablatio signi non habeat ex natura sua mederi maleficio, sed posposito pacto cum demone: si nullum enim esset pactum, nec noceret, nec sanaret: at sanat postposito pacto, non quasi daemone cooperetur, vel quasi pactum cum ipso initum confirmetur, sed per ipsius dissolutionem. Ad confirmationem constat hic daemone nil docuisse: sed ex pacto cum demone inito, naturaliter consequitur scire maleficum, & quibus ipse detexerit, fore vt eo signo ablato cesset vexatio. Adde et daemone id docuerit, non esse illicitum postea vti ea scientia (vt nu. 4. probauit.) Ad tertium negatur ea aequalitas. Quia ad laedendum concurrit actio daemone: fecus ad medendum: sed sola priuatio actionis. Ad quartum negatur cedere in daemone cultum, imo in deo: Nec enim tollere signum, est demonis fidelitatem protestari, sed speratur fore vt non noceat, postquam causa ad nocendum alliens, est ablata. Adde vacare culpa credere daemone fore fidelem, stando pactis: non quasi ipse verax, & fidelis sit: sed quia id sibi utile ad homines decipiendos putat. Ad confirm. dic nil referre falsam daemone sui cultus existimatio-

nem, si res ipsa nec ex se, nec ex agentis intentione, in ipsius cultum cedit. Adde falsum esse, ob id daemones desistere, sed potius vt se a deos partibus praebentes, decipiant homines. Ad Quintum dic cum Delrio lib. 5. diquisitionum magicarum, sectione 9. dubio. 3. cautela. 3. id non esse illicitum iudicibus, si fiat duntaxat, ne maleficium lateat corporis foraminibus insertum, vel crinibus insertum: sicut etiam

licet corpus abluere, ne aliqua vnctio sub sit. Quod si tonsio fieret ex opinione amissi roboris per illam, instar Sanfonis, esset superstitiosum. Ad vltimum dic. D. Hilariem id fecisse gratia scandali vitand: ne vulgaris putaret eam daemone impulsionem incantationibus niti. Deinde, quod ad maiorem Dei gloriam cederet, per miraculum expellere: cuius dono praeditus erat.

DISPUTAT. NON AGESIMASEPTIMA.

An impotentia perpetua vtrique coniugi nota, vel saltem illi, qui potes est, dirimat subsequens matrimonium: aut saltem possint illud iniire, vt tanquam fratres habitent: & ad id teneantur?

SUMMARIUM.

An impotentia perpetua contrahentibus nota dirimat matrimonium? Resertur quaedam opinio. n. 1.

Propositur sententia Authoris, nu. 2.

Satisfit argumentis, nu. 3.

An si post matrimonium constet impotentia illud praecedens, possint coniuges illi simul esse vt fratres: & liceant eis tactus? nu. 4.

Quando incontinentia periculum subest, eo quod vacent tactibus, aut sunt in eodem lecto, non sunt permittendi, nu. 5.

Periculosissima est haec consuetudo, nu. 6.

An iudex Ecclesiasticus debeat eos permittere volentes habitare tanquam fratres? nu. 7.

Quando impotens contraxit matrimonium, & si velit vterq; coniux habitare instar fratrum, est periculum incontinentiae, an teneantur vtriusq; coram iudice praeter dissolutionem? nu. 8.

An impotens qui sua impotentia conscius duxit feminam illius ignorantem, teneatur eam vt sororem habere, & aliter? Resertur quaedam sententia, nu. 9.

Propositur sententia Authoris, nu. 10.

An si ambo coniuges impotentia consensu inierint matrimonium, teneantur tra vt fratres habitare, vt neuter alteri huius respicere possit: & si alter ad nuptias transeat, teneatur ad eandem habitationem cum priori, & ipsi alimonia dari? Resertur opinio, nu. 11.

Propositur sententia Authoris, nu. 12.

An cognita vtriusq; vel alterius impotentia, liceat nondum matrimonio inter se inito, quoddam societatis vinculum inter se contrahere, vt tanquam fratres habitent, ac ad

marua obligentur obsequia? num. 13.

An per transiitum potentis ad nuptias, cesset praedicta obligatio? nu. 14.

An si incontinenter viuunt, aut in eodem lecto dormiant, separandi sunt? nu. 15.

Disputatio praesens duo petit. Prius est, an quando contrahentes non latet impotentia alterius, vel vtriusq; possint valido matrimonio copulari? Posterius, an saltem copulari possint, vt tanquam fratres simul habitent? Circa priorem questione, quibusdam placet id matrimonium validum esse. De cetero, primum quod impotentia ignorata dirimat matrimonium, non ob aliam rationem, nisi quia cum sit contra praecipuum matrimonij finem, tollit virtualiter consentum. Quae ratio profus cessat, vbi impotentia praecognita fuit. Secundo, quia quauis procreatio filiorum sit praecipuum matrimonij finis, at non est ita necessarius, quin absq; illo possit esse validum. Potest enim contrahi propter solum societatem, & animorum coniunctionem, atq; etiam vt cum matrimonio: sicut fuit inter. D. Io. Ioseph & B. virginem. Tertio, quia. c. consuetudinis, & c. laudabilem, de frigida, & malefice, decernitur reperia post matrimonium impotentia, integrum esse his tanquam fratres permanere. At si hi mutuo consentientes, & iure suo cedentes, minime contraherent coniugale vinculum, cum magno animarum discrimine, simul manere permittentur. Quod res publica medio crite instituta respiceret. Quarto, quia non

desideratur consensus in carnalem cōmixtionem, ad matrimonij veritatem, vt constat in matrimonio Beate virginis. Quod si dicas actum non requiri, bene tamē potestatem. Contra, quia cū potestas non sit propter se, sed propter actum, frustra esset. Si ergo adus nō est necessarius, neq; potestas. Quinto, quia in matrimonij definitione, nulla coitus mentio fit, sed solius habitationis. Potest ergo matrimonium propter solam cohabitationem iniri. Tandem, quia nil vetat coniuges posse cedere suo iuri quoad coniugij vsum. Ac proinde impotentia illa nullum damnum inferret. Sicut feruitus ignorata dirimit matrimonium, ratione nō desiderari coniugis: non autem scita, eō quod id damnum cesset. Et ideo huius sententia sunt, Magister. 4. d. 3. q. 4. cap. 1. D. Thō. 4. d. 36. q. vnic. ar. 1. corpore, & ad 4. & d. 34. q. vnic. ar. 2. ad 4. & ibi Maioris. q. 1. conclus. 3. & ad finem rotius questionis, vers. ecce quomodo. Palud. 4. d. 30. q. 1. ar. 2. n. 6. & d. 34. q. 2. art. 1. conclus. 3. n. 9. & art. 3. concl. 3. n. 18. & ibi Supplementum Gabrielis. q. vnic. ar. 1. ad finem: & art. 2. concl. 1. & conclus. fine. Nicolaus de Lyr. 3. Regum. c. 1. in ea verba. *Quaratus domino nostro regi a dolescentulam.* Gerson. 1. p. in regulis moralibus, tractatu de matrim. alphabeto. 25. li. 1. ar. 1. ad finem. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. & 3. & c. 15. §. 3. col. 4. Petrus de Soto questione. 4. de matrim. pagina. 3. vers. de ratione vero. Metina de sacrorum hominū continentia, lib. 5. toto. c. 7. 75. & 77. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 38. in 2. editione, immediate ante. 8. conclusionem. Celaia. 4. d. 34. q. 1. in solutione replicae primi argumenti. Philarcus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. libr. 2. c. 10. Vivaldus candela bro sacrum. 1. p. vbi de matrim. n. 236. Hieronymus Llamas methodo curationis. 3. p. c. 8. §. 13. & ex Iurisperitis, Rainerius. 2. p. summae, tit. de matrim. c. 27. Turrec. 2. q. 2. in summa, in nu. 4. ad 3. Syluest. verb. matrimonium. 6. q. 1. vers. qualibet frigiditas. Tabiena, verb. impedimentum, impedimento. 1. q. 6. n. 7. & impedimento. 12. q. 4. nu. 4. & vlt. Angelus, verb. matrimon. 3. impedimento. 16. n. 2. Armilla, verb. matrimonium, nu. 48. Nauar. lib. 4. consiliorum, in 2. editione, tit. de sponsalibus, conf. 39. n. 15. in 2. tit. de despon. impub. conf. 4. n. 15. Bolognetus. l. 1. nu. 2. 12. ff. solut. matrim. Petrus Gregorius in syntagmate iuris, lib. 9. c. 17. n. 6. Atq; hoc eodem lib. dif-

put. 92. n. 12. retuli alios sentientes, matrimonium non dirimi per impotentiam feminandi intra vas, quando fuit ab alio contrahente praecognita.

Ceterum tanquam verissima sententia, est sustinenda, nil referre, siue sciatur, siue ignoretur à contrahentibus, impotentia coeundi perpetua; & ita in vtroq; euentu matrimonium esse irritum. Ducor, quod ea coniunctio repugnet mutae corporum traditioni ad vsum coniugalem: in quo essentia matrimonij consistit. Cum enim vltus is sit impossibilis, non potest dari obligatio ad illum. At vbi contractus essentia non potest reperiri, nequeut contrahentes cedentes iuri suo, efficere vt is contractus valeat. Et confirmatur, quia nemo potest obligari ad impossibile, etiam altero admittente obligationem. Secundo, quia cōsultationi, de frigid. & malef. consul. Lucius. III. de cōrahenti matrimonij cum arcta, sic ait. *Respondemus quod licet incredibile videatur, quod aliquis cū talibus contrahat matrimonium. Romana tamen Ecclesia consuevit in consimilibus iudicare, vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.* Qui textus manifeste loquitur de contrahente scienter cum arcta, vt ait ibi Innoc. num. vnic. & constat ex contextu. Quia dicit videri incredibile, vt quis arcta ducat: quod falsum esset de matrimonio inuito cum impotentia ignorantia. Et tamen decidit textus, inter eos non posse consistere matrimonium. Et c. laudabile, eodem, tit. vbi Caelestius. III. agens de matrimonio ignoranter cum frigido contracto, ait id separandum; & subdit hęc. *Quod si ambo consentiant simul esse: vir eam & si non vt vxorem, saltem habeat vt sororem.* Tandē, quia Sixtus. V. in motu proprio circa eunu chorum matrimonia edito, cuius verba retuli disp. 92. n. 17. expressis verbis decernit, matrimonia cum ijs scienter contracta esse irrita: eō q; impotentes sint. Et ideo huius sententia expressē videtur Scotus. 4. d. 34. q. vnic. in solutione ad 2. vbi ait senem omnino impotentem esse matrimonij incapax: at posse aliquam in ipsum consentire ad cohabitandum, in stat fratris & sororis. Et tenent ex Theologis, Abulen. 3. Regum. c. 2. q. 26. Balis. 4. d. 34. q. vnic. ar. 1. & ibi Sotus. q. vnic. ar. 2. col. 8. vers. postremum deniq; & in solutione ad 3. & ibi Palacios disput. 1. col. 11. conclus. 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 60. art. 1. colum. 3. vers. sed maius dubium est. Nicolaus de

Nijfa super. 4. sententiarum, tractatu. 6. p. 3. de matrim. q. 6. conclus. 1. sine. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 38. in 1. editione, conclus. 7. Ludou. Lop. 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 12. col. 3. vers. tertio dicitur. Petr. de Ledes. de matrim. q. 58. art. 1. in difficultate principali, quā ibi mouet in corollario, quod infert ex 1. concl. Valentia. 4. p. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impotentia vers. ex quo fundamento. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 10. in commento finali, & lib. 12. c. 8. n. 1. Toledo lib. 7. summae c. 12. nu. vltimo. Emmanuel Sa in summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, in impedimento impotentiae. n. 14. vers. penultimo. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 48. in 1. conclusionem. Manuel. 1. tomo summae. 2. editione. c. 235. num. 1. Vega. 1. tomo summae c. 34. casu. 13. Et ex Iurisperitis Hostiensis summa, tit. de frigid. & malef. 5. quae impotentia. n. 6. vers. hęc autem omnia. Innoc. d. c. consultationi. nu. vnic. & ibi Anton. n. 2. Abbas. n. 2. Alexander de Neuo. n. 2. & 3. Prepos. n. 1. oppositione. 2. & c. 2. sine. eodem tit. Henricus. c. fraternitatis nu. 5. eodem tit. Felinus. c. lator. n. 2. declaratione. 1. de sentent. & re iudicata. Albericus in suo dictionario, litera I. verbo impedimentum, impedimento. 15. Mo naldus summa, vbi de matrim. tit. qualiter, & quando fiat diuortium ob impedimentum coeundi, in fine. Asten. 2. part. summae, lib. 8. tit. 28. art. 2. in quasiuncula, quam mouet post primam questionem. Brunellus de sponsalibus, conclus. 28. limitatione. 4. nu. 19. Ioannes de Triburgo in summa confessorum libr. 4. tit. 16. q. 11. & q. vltima. Rosella verb. impedimentū, impedimento. 15. n. 10. & ibi Supplementū Pisanæ impedimento. 15. n. 9. Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 16. dicto. 5. Bolognet. l. 1. nu. 52. ff. solut. matrim. Montaluis. l. 1. verb. Mas como, tit. 9. p. 4. & ibi Gregor. Lop. verb. Matido. Zephail. cōf. 384. n. 43. vol. 1. Anton. Cuc. lib. 5. institutionū maiorum, tit. 12. n. 268. Nauarus summa, ca. 22. n. 60. & lib. 4. consiliorum, in 2. editione, tit. de frigid. conf. 3. n. 2. Gaeta repetitione. c. ad limina. 10. q. 1. §. 4. q. 28. num. 531. Cenedo in collectaneis ad decretales, collectaneo 38. n. 2. Barbofa. l. 1. p. 1. n. 92. ff. solut. matrim. Matengo lib. 5. Recopil. tit. 1. Rubrica, glos. 1. n. 196. Et est communissima sententia.

Ad argumenta num. 1. proposita respō-

detur. Ad primū, negatur ideo dirimi matrimonij, quod impotentia viri ualiter auferat consensus: sed quia repugnat essentia matrimonij, & ideo consensus coniugū ceditum iure suo nil confert. Ad secundū, farcor nō desiderari ad matrimonij valorē, coniuges habere animū vacadū copulae coniugali ad sobolem procedendam: at desiderari, vt tradant sibi mutuā potestatem ad copulam: quae traditio coniugi impotentis impossibilis est. Hęc autē traditio inuenta est in matrimonio B. Virginis (Vt probauit lib. 2. disp. 28. n. 4.) Et ita licet possit verū matrimonij iniri propter animorum coniunctionem, & mutuam societatem: at esse necesse, vt seruetur essentia, nempe traditio potestatis. Ad tertium dic eam coniunctionem permitti ab Ecclesia, vbi non est inter eos periculum incontinentiae, ac perinde incontinenter viuere separandos esse. Ad quartum, concessio antecedenti, neganda est cōsequentia: quia de essentia matrimonij est consensus implicitus in copulam coniugalem, quantum est ex parte contractus: quanuis is cōsensus ex parte contrahentis non desideretur, sed possit adesse intentio ablinēdi perpetuū à copula. (vt probauit. d. disputatione. 28. num. 4.) Est tamen necessarius etiam in contrahente consensus obligationis ad copulam. Ad replicam dic, non esse frustra potestatem ad actum, quāuis actus minimē sequatur, quia potest sequi licite. Quod nefas esset, non tradita ea potestatem. Ad vltimum constat ex dictis, non posse cōiuges in hoc cedere iure suo. Nec est simile de seruitute, vt potest quæ nō repugnat essentia matrimonij.

Circa posteriorem questionem, an cognita impotentia praecedenti post matrimonij contractum, vel ante, possint aliqui copulari, non verum matrimonium inuentum, sed ad solam vitæ societatem, permanendum quae simul tanquam fratres? Et quidem in duplici sensu potest hęc questio disputari. Prior est, quando initio est bona fide matrimonium contractum, & postea detecta impotentia, ac subinde matrimonij nullitate, & volunt sic permanere tanquam coniuges. Posterior est, quando ab initio cognita impotentia, volunt sic contrahere. Et in priori euentu est citra dubium id posse fieri. Quia id expressē concedit cap. Consultationi, & c. Laudabilem, de frigid. Et c. 2. quod est ex epistola. D. Greg. 33. q. 1. & in motu

proprio Sixti. V. de matrimonio eunuchorum, quem retuli disp. 92. num. 17. At non licent his tactus, qui solutis interdicitur. Quod reuera coniuges minimè sint, & ita docent Sotus. 4. d. 34. quæst. vnica, art. 2. ad finem corporis. Nauar. lib. 4. consil. in 2. editione, tit. de frigid. consil. 3. numer. 1. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dub. 48. ad finem primæ conclusionis. Henricus lib. 12. de matrim. c. 7. nu. 7. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 8. arr. 1. dubio. 9. Barbosa l. 1. p. 1. n. 92. ff. solut. mari. Cenedo in collethaneis ad decretales, collethaneo. 38. n. 2. Petrus de Ledesma. de matrim. q. 18. art. 1. dubio. 3. quod mouet circa solutionem ad 3. dubij principalis. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 235. n. 1. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. d. 1. vbi de matrim. c. 52. col. 3. vers. tertio dicitur. Vega. 2. tomo summe. c. 4. casu. 113.

Ex quo fit, nullatenus permittendos esse sic manere, quando incontinenter viuunt, vacando tactibus, aut in eodem lecto dormiunt, vt constat ex motu proprio Sixti V. edito circa eunuchorum matrimonia, ibi. *Eos autem qui iam sic de facto contraxerunt, si appareat eos non vt casu simul viuunt, contra xesse, sed adibus carnalibus, & libidinosis operibus dare: simulve in vno, eodemq; lecto cum prædictis mulieribus dormire cõsuecantur: omnino similiter separari cures.* Quare Episcopi est tunc eos separare, vt bene tradunt Host. c. cõsultationi, in fine, de frigid. & ibi Ioan. Andr. fin. Anton. nu. 2. Anchar. sine. Henric. c. fraternitatis n. 6. eo. tit. Gregor. Lopez. l. 1. verb. Para ajuntarse, tit. 9. p. 4.

Secundò infertur, periculosissimam esse huiusmodi conderationem. Cui enim sint simul vir, & mulier, & si impotentia est ex parte solius feminae, vir patitur si mulos carnis, à quibus nec femina arcta eximitur, facillimo negotio ad tactus impudicos prouocantur. Quod si ipse frigidus sit, ipsa carnis illecebris angetur: ac nutuo amore illecebræ facile ad amplexus, oscula, ac turpiores tactus prorumpent. Sic Sotus; Cenedo, Bartholomæus à Ledesma, Ludouicus Lopez, numer. 4. allegati. Quare meritò Philarcus de officio sacerdotis, tomo. 1. part. 2. lib. 2. cap. 10. vers. sed dubium est, dicit hanc conuentionem non facile concedendam, ob incontinentiam periculum.

Iudex tamen Ecclesiasticus non poterit his volentibus in stare fratris, & sororis, cohabitando permanere, denegare hanc

cohabitationem. Quia habent pro se iuris presumptionem, cum textus expresse eam concedant (vt diximus. n. 4. Præterea, quia Sixtus. V. in suo motu proprio (vt nu. 5. retuli) solùm eos separari iubet, quando incontinenter viuunt, aut in eodem lecto dormiunt. Deinde, quia Nauar. lib. 4. consil. tit. de frigid. in 1. editione, consil. 3. num. 14. in solutione ad. 6. in 2. consil. 2. eodem, numer. & solutione, ait, quamuis talis habitatio sit aliquando periculosa: saepe frequenter eam carere periculo. Subditque iudicem nõ eos sic habitare permittendum, si essent adeò iuuenes, ac infirmi, & in venerea propensi, vt iure optimo esset incontinentiæ timor.

Tertiò infertur, quando post matrimonium constat iam de impotentia, nec illi possunt continenter vt fratres viuere: tenei eos reclamare, vt auctoritate Ecclesiæ dissoluantur matrimonium. Cùm aliter absq; scandalo separari nequeant, stante matrimonij præsumptione in foro Ecclesiæ. Ita Cenedo summa sacram. vbi de matrim. cap. 5. num. 27. Quod si cessante scandalo separari possent, ad id non tenerentur. Quia cessat causa obligans ad reclamandum: & post tunc propria auctoritate separatim viuere.

Controvertitur autem inter Doctores, an impotens, qui suæ impotentia cõficiens, decepti feminam, ipsam ducens, teneatur eam vt sororem habere, & alere? Quibusdam placet ad id teneri. Quia fraus non debet ei patrocinari. Item, quia cap. cõsultationi, de frigid. sic dicitur. *Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare, vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.* Quæ verba præceptum importare videntur. Cùm per sententiam iustam, nec poenalem, nec falsæ præsumptioni innitentem eogat ad hoc Ecclesia. Et ita docent Glossa cap. 12. vers. idcirco, & cap. penultimo, in fine. 33. q. 1. Præpos. d. cap. cõsultationi, numer. 1. Archid. c. penultimo, num. vnico, & ibi Bellemera, numer. vnico. Monaldus summa, vbi de matrimonio. tit. qualiter & quando fiat diuortium propter impedimentum coeundi. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 15. num. 10. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 16. d. 10. 5. Armilla, verb. matrimonium. numer. 52. Turrecr. 33. q. 1. in summa, nu. 7. conclus. 4. Staphileus de litteris gratiæ, tit. de vi, & esse in clausularum. §. successuè in huiusmodi litteris, nu. 5. Zephal.

consil.

consil. 384. n. 44. volum. 3. Grego. Lopez. l. 1. verb. marido, tit. 9. p. 4. Anton. Cuc. lib. 5. institut. maiorum, tit. 12. n. 268. Lancel. instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. §. planè si scierit, verb. vt sorores. Montaluis. l. 1. d. tit. 9. part. 4. verb. Mas como. Et id affirmant esse verum, quantum potens iam ad alias nuptias transtulerit, Montaluis, Rosella, Sylu. Arm. Anton. Cucus, & Lancelotus ibidem.

Sed verius est, id non esse præceptum. Quia cum reuera id matrimonium sit irritum, non est cur obligetur vir ad eam feminam tanquam sororem habendam, & alendam. Nec cap. cõsultationi, de frigid. dixit sententiam ferre Ecclesiæ præcipiendo, sed omninò dissoluendo matrimonium, ac permittendo huiusmodi cohabitationem, si communi consensu eam eligant. Et ideò meritò sustinent hanc partem, Glossa cap. laudabilem, verb. quod si ambo de fugid. & malef. & ibi Anton. num. 16. Alexander de Neuo, numer. 21. sine Præpos. numer. 6. super glossa. 3. Hostien. summa, eodem, tit. §. quæ impotentia, numer. 6. vers. sed certe Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 16. quæst. 11. Astensis. 2. part. summe, lib. 8. tit. 28. artic. vnico, in quaestiuicula quæ post. 1. quæst. mouet. Turrecr. cap. requisiti uisti, statim in principio, verb. requisiti 33. quæst. 1. Brunellus de Sponsalibus, conclus. 28. imitatione. 4. numer. 20. Supplementum Pisanæ, verb. impedimentum, impedimento. 15. numer. 9. sine Gaeta. cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 228. nu. 531. Vega. 2. tomo summe. c. 34. casu. 113.

Sed quid, si ambo cõiuges tempore initij matrimonij, norant impotentiam? Tunc enim videtur eos teneri tanquam fratres cõtinuei, ac ad alimenta: ita vt neutri liceat, altero inuito resiliere. Quod cum is contractus non possit vim matrimonij habere, videtur obligare ad id, ad quod potest, nimirum, ad vitam sociorũ, & fratrum peragenda. Et ideò hanc partem tuentur, Innoc. c. cõsultationi. n. vnico. de frigid. & ibi Anton. n. 2. Abb. n. 2. Alex. de Neuo. n. 3. Henric. c. fraternitatis. n. 6. eod. tit. Felinus. c. lator. n. 2. declaratio. 1. de sentent. & re iudic. Alberic. in suo dictionario, littera I. verb. impedim. impedim. 15. Monaldus summa, tractatu de matrim. tit. qualiter, & quando fiat diuortium propter impedimentum coeundi. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 15. n. 10. Sylu. verb. matrim. 8.

quæst. 16. d. 10. 5. Armilla, verb. matrimonium, numer. 52. Montaluis. l. 1. verb. Mas como tit. 9. part. 4. & ibi Gregor. Lopez, verb. Marido. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 268. Franciscus Marcus decilion Parliamenti Delphinis. 677. nu. 3. Imò non eximi ab hac obligatione alterutrum, qui potens est, quantum ad alias nuptias transeat, sustinent Innoc. Anton. Abb. Alex. de Neuo, Henricus, Albericus, Montaluis, Rosella, Sylu. Armilla, Antonius Cucus ibidem.

Verum adhuc existimo verius esse, ad id non teneri. Quod nullom inducitur præceptum. d. cap. cõsultationi, sed solum permittatur sic cõiungtos manere tanquam fratres (vt diximus nu. 10.) Nec contrahentium mens fuit, ad eam habitationem in stare fratrum se obligandi, sed ad verum matrimonium: quare cum verum matrimonium minimè fuerit, nulla inde obligatio cõsurgit. Et ita docent Glossa finalis. d. c. cõsultationi. Ricard. 4. d. 34. art. 2. q. 2. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 11. Nauar. sum. c. 22. nu. 60. Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 228. nu. 531. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 48. conclus. 1. Astensis. lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. glossa. 1. n. 196. Manuel. 1. tomo sum. 2. editio. c. 235. n. 1. Atq; eiusdem sententia videntur expresse Host. d. c. cõsultationi, in fine, & ibi Ioan. Andr. sine, & Anchar. sine, vbi dicunt, scilicet inito hoc matrimonio, permissam esse habitationem in stare fratrum: non ergo sentire videntur esse præceptum.

In posteriori autem casu, nimirum, quando ab initio cognita impotentia, volunt vir, & femina nõ vero matrimonio copulari, sed quoddam societatis vinculu inire, quo simul habitantes, ad mutua se ipsos obsequia obligent, vt femina inseruiat viro, & hic illi alimenta ministrat: dicendum est, id licitum esse, dummodo periculũ incontinentiæ non sublit. Quia cum possint alios contractus ciuites inter se inire: non est cur hic interdiciendus eis sit. Deinde, quod impotentia soli matrimonij, vero cõtractui obstat. Rursus, quia si cõperta matrimonij nullitate possint sic permanere: cur non à principio sic continere poterunt? Cùm in vtroque euentu nullum sit coniugale vinculum, atque idem sit periculum: nec referat ad licitè sic permanendum, coniugale vinculum bona fide prius contractum: vt potè quod tanquam irritu,

nullum

nullum ius sic manendi concedere potest. Et ideo hanc partem sustinent ex Theologo's, Scotus, 4. d. 34. q. vnica, in solutione ad. 2. & ibi Sorus, q. vnica, ar. 2. ad finem corporis. Abulenfis. 3. Regum cap. 2. quaest. 25. Petrus de Soto lectione. 5. de matrimonio. 3. verfic. de ratione verò. Bartholom. ad Ledesma de matrim. dubio. 48. columna. 3. Petrus de Ledesma de matrimonio. quaest. 5. art. 1. dubio. 3. quod mouet circa solutionem ad. 3. dubij principalis. Ludouic. Lopez. 2. par. instructorij, vbi de matrimonio. cap. 52. colum. 3. verfic. tertio dicitur. Philarcus de officio sacerdotis, tomo. 1. par. 2. lib. 2. cap. 10. verfic. sed dubium est. Qui bene addit non facile permittendam huiusmodi confederationem. Et ex Iurisperitis. Hostiens. summa, tit. de frigid. 5. quæ impotentia, nu. 6. verfic. hæc autem om-

nia. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 28. artic. vnico, in quaestiuicula quam mouet post. 1. quaestionem. Henrici cap. fratemitatis. n. 5. de frigid. Cañedo collectaneis ad decretales, collectaneo. 38. n. 2.

Et quauis postea vir potius transeat ad aliud matrimonium, tenetur feciminam illam, cum qua id pactum inierat, alere: sicut & ipsa tenetur ei inferuire. Quis non est cur per posterius matrimonium, id pactum dissoluatur: non enim sibi repugnant. Ita Sorus, & Ludouic. Lopez numer. precedenti allegati. Idemq; tradunt Doctores, quos numer. 9. & 11. retuli, asserentes per trāctum ad matrimonium, non solui prædictam obligationem.

Quod si tactibus vacent, aut in eodem lecto dormiant, sunt omnino separandi, vt in simili casu diximus, nu. 5.

DISPUTAT. NON AGESIMAOCTAVA.

An impotentia perpetua ad copulam, siue absoluta sit, siue respectu alicuius, dirimat iure naturæ matrimonium, an solo Pontificio?

SUMMARYM.

An impotentia perpetua ad copulam, dirimat iure naturæ matrimonium? Referatur quedam sententia, nu. 1.

Proponitur sententia auctoritatis. n. 2.

Quid de impotentia non totali, nempe, quando est potentia coeundi, non tamen veri seminis intra vas emittendi? nu. 3.

Quid de impotentia seminandi intra vas, ob nimium calorem, vel indebitam membri figuram? nu. 4.

Quid de impotentia respectiua, nu. 5.

Quid de impotentia consergens ex maleficio? nu. 6.

An infideles impotentes ad copulam, valide contrahant? nu. 7.

Satisfit argumentis, nu. 8.

DVPLEX est in hac disputatio ne sententia. Prior tuetur solo iure Pontificio dirimi matrimonium per impotentiam perpetuam ad copulam. Ducitur, ex cap. 2. de frigid. ibi. Sicut puer qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotens sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur. At matrimonium impuberum solo iure Ecclesiastico est irritum (vt probabo disput. 104. numer. 9. Et confirmatur, quia sicut se habet ad matrimo-

nium impotentia temporalis, tempore re, quo durat, respectu illius temporis: ita impotentia perpetua respectu vniuersi temporis. Cum illa ita impediatur traditionem potestatis ad copulam, pro eo tempore, sicut hæc pro vniuerso. At illa nullatenus dirimit iure naturæ matrimonium. Secundò, quia voto simplici religionis strictius, validè inie matrimonium. Cum tamen nunquam possit obligari ad reddendum debitum, imò peccet reddendo. Similiter ergo valebit, attentò iure naturæ matrimonium impotentis, quamuis obligari nequeat ad reddendum debitum. Quod si dicas discrimen esse, quòd ligatus voto sit tantum moraliter impotens, frigidus verò, naturaliter. Solutio est nullius momenti. Quia in hac re equiparantur potentia naturalis, & moralis. Et ideo mulier arcta respectu alicuius, quamuis naturaliter per copulam cum alio possit illi aptari, quia tamen non potest moraliter, id est, absque peccato, dicitur inepta, & impotens ad illi nubendum (vt diximus disput. 93. numer. 9.) Et ideo huius sententia sunt, Palud. 4. d. 30. quaest. 1. art. 2. numer. 6. Maioris. 4. dist. 34. quaest. 1. columna. 2. conclusio. 3. & ibi Supplementum Gabrielis, quaest. vnica, art. 2.

conclusio. 1. D. Antonin. 3. part. tit. 1. c. 15. §. 3. columna. 4. Angelus verb. matrimonio. 3. impedimento. 18. nu. 2. Tabiena. verb. impedimentum, impediment. 12. nu. 1. Armilla, verb. matrimonio, num. 47. Gaeta. cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 1. 18. nu. 328. & 329. Et hanc sententiam rueri tenentur Doctores, quos retuli disput. precedenti, nu. 1. asserentes solum dirimi matrimonium per hanc impotentiam, quando ignorata est ab altero contrahenti, instar conditionis seruilis, quæ cognita non obstat valori matrimonij.

Posterior sententia (& verissima) sustinet, iure naturali dirimi matrimonium per huiusmodi impotentiam. Quia carens perpetuo potentia ad copulam coniugalem habendam, non potest tradere alteri potestatem ad eum actum. Cum impossibile nulla sit obligatio. I. impossibile. ff. de regulis iuris, & cap. nemo ad impossibile, eodem, tit. in 6. Nemo dare potest, quod non habet. c. quod autem, de iure patronatus. l. si vniuersi. C. de legibus. At essentia matrimonij consistit in perpetua obligatione, & traditione potestatis corporis ad copulam coniugalem. Cum ergo res naturaliter absque sua essentia consistere nequeat, repugnat naturæ matrimonij id validum esse, existenti ea impotentia: ac proinde attentò ipso naturæ iure irritum erit. Et ideo huius sententiæ videntur aperte quidam Doctores, qui prædicta vruntur ratione ad probandum dirimi matrimonium per impotentiam. Quauis enim non explicent quo iure dirimatur, ac ratio cui innituntur, clarè probat iure naturæ dirimi. Hi sunt. D. Thom. 4. dist. 34. quaest. vnica, artic. 2. ad. 1. & ibi Durandus, quaest. 2. numer. 6. & 9. D. Bonauen. art. 2. quaest. 1. ad. 11. Ricard. ar. 2. quaest. 1. corpore, & ad. 1. Turres. 33. quaestio. 1. in summa. numer. 8. in solutione ad. 1. Sylu. verb. matrimonium. 8. quaestio. 16. fine. Viquer. lib. institutionum. c. 16. §. 7. verfic. 9. impedimento. 11. Atque in proprijs terminis docent ex Theologis, Scotus. 4. d. 34. quaestio. vnica, statim in principio, & ibi Almain quaestio. vnica. Sorus quaest. vnica, art. 2. columna. 3. conclusio. 1. Palacios disputatio. 1. ad finem. Rubion. 4. d. 39. quaest. 1. art. 1. conclus. 1. Abulenfis. 3. Regum cap. 1. quaest. 35. Ledesma. 2. p. 4. quaest. 60. art. 1. columna. 2. verfic. sed dubium est. Victoria summa, vbi de matrim. numer. 283. Petrus de Soto lectione. 5. de

matrimon. pagina. 5. paulò ante, verfic. dicendum iam. Veracruz. 1. par. Speculi, art. 38. post. 7. conclusionem, verfic. quia hoc impedimentum. Henriquez lib. 12. de matrimonio. 5. Bartholom. de Ledesma de matrim. dubio. 48. conclus. 1. Ludouicus Lopez. 2. par. instructorij, vbi de matrim. c. 52. colum. 2. Valencia. 4. p. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impotentia, verfic. constat autem. Petrus de Ledesma de matrim. q. 58. art. 1. dubio. 7. quod mouet circa solutionem ad. 7. principale, conclusio. 1. & ex Iurisperitis, Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. initio. Sylu. verb. matrimonium. 6. q. 5. dicto. 3. Spino Speculo testamen. gloss. 15. principali, nu. 96.

Hinc deducitur, quid sentiendum sit de impotentia non totali, vt quando quispian potest coire, non tamen verum semè emittere: vt contingit in Eunuchis vtroque testiculo orbatis. Petrus de Ledesma, num. precedenti relatus ait non esse omninò improbabile, minimè dirimi matrimonium iure naturæ per huiusmodi impotentiam, sed solo iure Ecclesiastico. Quia saluatur quodammodo finis matrimonij secundarius, qui est concupiscentie satisfacere. Deinde, quia ante motum proprium Sixti. V. multi grauissimi Doctores censuerunt id matrimonium nullo iure irritum esse: & quamuis Sixtus. V. declararit irritum, at non explicuit, num solo iure Ecclesiastico antiquiori, an potius iure naturæ (vt hæc, vidimus disput. 92. numer. 15. & duplici sequenti.) At iure optimo dicit idem Petrus de Ledesma ibi, multò probabilius esse, dirimi iure naturæ matrimonium per huiusmodi impotentiam. Quod idem sustinet Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 10. numer. vltimo, & lib. 12. c. 7. numer. 5. fine, & cap. 8. num. 1. Quia cum non dicatur copula, quæ non consummari potest, vero semine intra vas emisso (vt probauimus disput. 92. nu. 17.) impotens ad hanc emissionem, dicitur verè, & absolute impotens ad copulam coniugalem, ac proinde nequit tradere potestatem sui corporis ad copulam coniugalem, in qua consistit natura matrimonij. Quare ratio, nu. 2. adducta, qua probauimus per impotentiam totalem dirimi iure naturæ matrimonium, procedit in hoc casu.

Secundò deducitur, dirimi quoque iure naturæ matrimonium, quando vir non est omninò frigidus, vt quia semen verum